De Ecclesia S. Ioannis Decollati

Et de Iuribus Societatis eiusdem Tituli, sive Misericordiae aggregatae Archiconf.ti de Urbe, cuius Confratres induti vestib. nigris incedunt in Processionibus Publicis, et ad comitanda Cadavera Confratrum, et Consororum, et illorum qui decedunt in Territorio, nec habent unde sepeliri possint.

Possidet bona descripta in actis p.ae V.is fol. 49 quae administrantur à Priore pro tempore, per quem mandavit reddi rationem.

De Unico Altare

Tenetur Societas celebrare facere Missas infrascriptas

Missam unam singulis feriis Quintis pro q. Magdalena Giurdella

Anniversarium 11 Martij pro an.a q. Antonij Terentij

Anniversaria duo, nempe unum sub die 23, et alterum sub die 24 Maij pro an.a q. Angeli Salucci

Missam cantatam cum primis, et 2.is vesperis sub die festo S. Titularis 29 Aug.ti, et alias Missas planas ad libitum

Anniversarium sub die 30 eiusdem Mensis pro Confratrib. et Consororibus Defunctis

Alterum sub die 11 9bris pro eisdem

Missas decem annuas pro an.a q. Pet. Penti, de quorum onerum adimplem.to mandavit doceri.

Inspecto Altare mandavit provideri de Tela cerata, et Tabella ut supra infra Mensem

De Sacris Suppellectilibus

Mandavit reaptari Planeta diversor. color. et Canone Missalis et dealbari Corporalia, ac Purificatoria, illaq. nitida, et munda conservari infra decem dies sub poenis

De Tota ecclesia

Mandauit demoliri duo altaria Lateralia, relictis inibi Sacris Imaginibus, recognosci trabem, et arcus, ruinam minitantes et reaptari tectum in partibus necessarijs, signanter prope locum Campanę, et arceri à Muris eccl. humiditatem infra Mensem.

De Ecclesia, et Hospitale S. Antonij

Unicum habet altare sub inuocatione B. M. V. et SS. Antonij, et Iuliani, ubi ex obligatione Hospitalis celebrantur duę Missę de requiem pro an. q. Fran. Palamides

Tenetur insuper dictum Hospitale celebrari facere unum anniversarium pro an. q. Galeotti Beruti, ut in statu eiusdem de quo infra.

Inspecto altare mandauit prouideri de duobus Candelabris, et lampade ex auricalco, et moneri R. D. angelum Meroni Cappellanum, ut meliorem curam habeat de munditia sacrarum Suppellectilium, et doceat de adimplem.to et ulterius prouideri de Tela cerrata, et Stragula ad eff.m ut sup.a infra mensem.

De Hospitali

Possidet bona descripta in actis p.ę S. fol. qua administrantur à Sanctesijs eccl. Collegiatę deputatis à Comunitate, per quos mandauit reddi rationem

Confirmauit decreta epi. Aleotti, et signanter

1 Quod non admittantur Mares, et Feminę insimul accedentes, nisi de licentia Vicarij Foranei, postquam eid. ostensa fuerint docum.ta de Matrimonio contracto inter ipsos, seu de p.o Consanguinitatis gradu, sub pena quoad Hospitalarium priuationis officij, et alijs etiam Corporalibus arbitrio &